



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

XLII. De defensoribus ecclesiarum ab imperatore poscendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ANNO
CHRISTI
424.

niuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem de traditis sibi sacramentis idonei respondere, absque vlllo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. Hinc enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales a Barbaris redimunt.

Et in Carthaginiensi V. cap. 6. Cod. Can. cap. 72.

X L.

Item placuit, vt dies venerabilis Paschæ Formatarum subscriptione omnibus intimetur, dies vero Concilii idem seruetur, qui in Hipponensi Concilio constitutus est, id est, decimo Kalendas Septembris. Et scribendum ad singularū quarumque prouinciarum primates, vt quando apud se Concilium congregant, istum diem non impediunt.

De consecr. dist. 3. Placuit, vt venerabilis. Et in Carthaginiensi V. cap. 7. Cod. can. cap. 73.

X L I.

Item constitutum est, vt nulli intercessori licitum sit cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus retinere: sed dare operam, vt intra annum eisdem episcopum prouideat. Quod si neglexerit, anno exempto, interuentor alius tribuatur.

7. quest. 7. cap. Constitutū est, vt. Et in Carthag. V. cap. 8. Cod. Can. cap. 74.

X L II.

Ab imperatoribus vniuersis, visum est postulandum, propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur ecclesia, vt defensores eis aduersus potentias diuitum cum episcoporum prouisione delegentur.

23. quest. 3. Ab imperatoribus. Et Carthag. V. cap. 9. Cod. Can. cap. 75.

X L III.

Item placuit, vt quotiescumq; Concilium con-

Dist. 18. Vt quotiescumque.

Concil. Tom. 4.

Yyy